{^{inP2 pp. 191.21-192.20} *Tribus mo/dis unumquodque uel differre ab a/lio dicitur uel alicui idem esse: genere / et specie et numero. Quaecumque / igitur genere eadem sunt, non necesse / est esse eadem specie. Si uero eadem / sint specie, genere quoque eadem |S298b| esse necesse est, ut cum homo atque / equus idem sint genere (uterque / `enim` animal nuncupatur) differunt spe/cie, quoniam alia est hominis spe/cies, alia equi. Socrates uero / atque plato, cum idem sint spe/cie, idem sunt genere. Utrique enim / et sub animalis et sub hominis / praedicatione ponuntur. Si quid / uel genere uel specie idem sit⁴³, non / necesse est idem esse numero. Quod / si idem sit⁴⁴ numero, idem et specie / et genere esse necesse est, ut So/crates et Plato, cum et gene/re animalis et specie hominis / idem sint, numero tamen in/ueniuntur esse disiuncti; gladi/us uero atque ensis idem sunt nume/ro (nihil enim omnino aliud est / ensis quam gladius), sed nec / specie diuersi sunt (utrumque enim / gladius est), nec genere (utrumque / enim instrumentum est, quod est gladii / genus). Quoniam igitur homo, bos, atque / equus, de quibus animal praedi/catur, specie differunt; nume/ro etiam eos differre necesse / est, idcirco plus habet hoc genus / a specie quod de specie differen/tibus praedicatur.}*

{^{inP2 p. 194.5-18} *De hoc quod dicit “non / in eo quod quid sit, sed magis in eo / quod quale sit”, oritur questio. / Aristotiles enim differentias / in substantia putat oportere |S299a| praedicari. Quod uero in substantia / praedicatur, hanc rem de qua praedicatur / non qualis sit, sed quid sit ostendit. /*

Soluitur hoc modo. Differentia / enim ita substantiam demonstrat, / ut circa eam qualitatem determi/net, id est substantiale proferat / qualitatem. Quod ergo dictum est magis, / tale est tanquam si diceret: Uidetur / quidem substantiam significare / atque in eo quod quid sit praedicari, sed / magis illud est uerius quod etsi / substantiam⁴⁵ monstret. }

⁴³ *sit] s(un)t S*

⁴⁴ *sit] s(un)t S*

⁴⁵ *substantiam monstret] subsistunt monstret(ur) S*

Superior / diuisio omnium rerum {^{inP2 p. 186.12} *commodior / fieri potuit, hoc modo.*} {^{inP2 p. 188.2-4} *Porfirio uero alia fuit intentio. Non / enim omnia nunc a semet ipsis dis/iungere festinabat, sed tan/tum ut coetera a generis⁴⁶ for/ma <et> proprietate separaret.*} {^{inP2 pp. 186.12-187.1} *Eorum / quae dicuntur, alia quidem ad singula/ritatem `praedicantur ut indiuidua, alia ad plura/litatem` ut genus et coetera omnia. / Eorum uero quae de pluribus praedicantur, / alia secundum substantiam ut genus, differentia, species; alia `secundum` acci/dens praedicantur, ut proprium et acci/dens. Sed eorum quae secundum substantiam / praedicantur, alia in eo quod quid sit / ut genus et species, alia in eo quod / quale⁴⁷ sit dicuntur ut differentia. / Eorum quae in eo <quod> quid sit quidem⁴⁸ praedicantur, / alia de speciebus pluribus ut genus, / alia minime ut species. Eorum quae / secundum accidentis praedicantur, alia |S299b| sunt quae de pluribus speciebus / ut accidentis, differentia; alia / de una tantum ut proprium.*}

{^{inP2 pp. 196.18-197.4} *Omnis ergo diffinitio uel descriptio debet ei / quod diffinitur aequari. Si enim diffini/tio diffinito⁴⁹ non sit aequalis, si qui/dem maoir est et⁵⁰ quaedam⁵¹ alia / continebit, non necesse est ut / semper diffiniti substantiam mon/stret; si minor, ad omnem diffi/niti substantiam non peruenit. Maio/ra enim de minoribus praedicantur, ut / animal de homine; minora de / maioribus nunquam. Nemo enim dicit / ‘omne animal homo’.*} Omnis igitur / diffinitio uel desscriptio(!) conuerti/bilis esse debet, ut nihil possit esse superfluum uel etiam minus qua de/beat continere qualis est ista. Quic/quid enim genus est, de pluribus specie / differentibus praedicatur. Et conuersim: / quicquid de pluribus specie dif/ferentibus praedicatur, genus est. /

SUFFICIENT HAEC DE GENERE. /

INCIPIT DE SPECIE. /

a {^{inP2 pp. 198.10-199.11} *Si haec fuit ratio praeponendi ge/neris reliquis omnibus, quod natu/rae suae magnitudine coetera / contineret, nonne*

⁴⁶ *generis] genere S*

⁴⁷ *quale sit] q(ua)lia sint S*

⁴⁸ *quidem] q(uo)d S*

⁴⁹ *diffinito] diffiniti a.c. S*

⁵⁰ *et] ut S*

⁵¹ *quaeda(m) a.c., quae & p.c. S*

aequum erat spe/ciei differentiam in ordine trac/tatus anteponere, cum praesertim dif/ferentiae species informent, / prius uero est quod informat quam id / quod eius informatione perficitur? |S300a|

Hinc respondendum est questioni / huic, quoniam omnia quae ad aliquid / praedicantur, substantiam semper ex / obpositis sumunt. Ut igitur / non potest esse pater nisi sit filius / nec filius nisi praecedat pater, ita / etiam in genere et specie uide/re licet. Species quippe nisi / generis non est, rursusque genus esse / non potest nisi referatur ad speciem. / Quorum ergo relatio alterutrum consti/tuit, eorum continens factus est / iure tractatus. }

{^{inP2 p. 200.4-18} *Cautissime autem dic/tum est uniuscuiusque. Haec enim secundum / accidens dicitur. Quae unicuique / forma est indiuiduo*} et {^{inP2} *acci/dentium congregazione perficitur. / Alia est substantialis forma, ac / species quae humanitas nun/cupatur, eaque non est quasi subposita / animali sed tanquam ipsa qua/litas substantiam monstrans. / Haec enim et ab hac diuersa et quod / in uniuscuiusque corpore ac/cidenter sita est et ab ea quae genus / deducit in partes. Postrema / quae plura sunt, quae cum eadem sint, / diuersis tamen modis ad aliud / atque aliud relata intelleguntur, / ut hanc ipsa humanitatem si / in eo quod ipsa est perspexeris, spe/cies est, ea quae substantiale de/terminet qualitatem, si sub ani/mali eam intellegendo loca|S300b|ueris deducit animalis in se/se participationem, separaturque / a coeteris animalibus ac fit ge/neris species.*}

{^{inP2 p. 201.2-5} *Triplicem igitur / speciei subiecimus significatio/nem. Unam quidem substantiae qua/litatem, quam ille propter suam ob/scritatem⁵² praetermisit. Alia cuius/libet indiuidui propria for/ma. b Tertia quae subponitur / generi.*}

{^{inP2 pp. 202.19-203.4} *Omnia quaecumque ad / aliquid praedicantur, ex his de quibus / praedicantur substantiam sorti/untur. Quod si' diffinitio uel descrip/tio uniuscuiusque substantiae / proprietatem debet ostendere, / his quae inuicem referuntur. / Ergo quoniam genus speciei genus est, / et in substantiam suam uocabu/lum generis species sumit, in / diffinitione generis speciei nomen / aduocandum est. Quoniam uero species / id quod est sumit ex genere, nomen / generis in speciei diffinitio/ne non fuit omittendum.*} Atque / hoc ideo, ne forte quis obpo/neret, dicens {^{inP2 p. 202.4-17} *ex notioribus / fieri oportere diffinitionem, / quam illa res quae diffinitur. / Si ergo generis uocabulum notius / est quam speciei, in*

⁵² *ob/scritate(m)] ob/suritate(m) a.c S*

diffinitione / generis speciei nomen uti non debu/it; quodsi speciei nomen facilius / intellegitur quam generis, in diffi|301a|nitione speciei nomen <generis> non fuit / apponendum. Cui questioni / occurrit dicens: Nosse autem opor/tet `quia et genus alicuius est genus' et rel.}

c {^{inP2 p. 203.16-20} *Tribus speciem diffini/tionibus informauit, quarum / quidem duae omni speciei conueni/unt, id tantum hae diffinitiones / monstrant, quae sub genere / ponuntur. Nam et ea quae dicit / id esse speciem quod sub genere ponitur, / eam tantum uim significat speci/ei, qua refertur ad genus. Et ea quae / dicit id esse speciem de qua genus in eo / quod quid sit praedicatur, eam rursus sig/nificat speciei formam quam re/tinet ex generis praedicatione. Idem / est autem et sub genere poni et de ea / praedicari genus, sicut idem est praeponi ge/neri et genus praeponi. Quodsi omnis / species sub genere collocatur, ma/nifestum est omnem speciem hoc ambi/tu descriptionis includi. Sed ter/tia diffinitio de ea tantum loquitur / specie, quae nunquam genus est et quae / solum species praestat. Haec autem spe/cies ea est quae de differentibus / specie minime praedicatur. <Si> speci/es quidem de subiectis `sed⁵³' non de disse/rentibus specie, ea solum erit / generis superioris species.} /*

d {^{inP2 pp. 206.19-207.2} *Decem praedicamenta ab Aristotle / sunt posita. Quae idcirco praedica/menta dicuntur, quoniam de ceteris / omnibus praedicantur.} |S301b|*

e Hoc dicit: {^{inP2 p. 208.9-19} *Sumamus unius praedica/menti exemplum, ut ab eo quoque in cae/teris predicamentis uel speciebus in uno/quoque filo uel ordine quid eueniat / possit agnosci. Substantia est genus / generalissimum. Haec enim de cunctis / aliis praedicatur. Ac primum huius / species est corporeum et incor/poreum. Nam et quod corporeum est / substantia dicitur tanquam incorpo/reum. Sub corporeo uero animatum / et inanimatum ponitur. Sub anima/to corpore animal collocatur. / Nam si sensibile addas animato / corpori, animal facis. Reliqua / uero pars, id est species, continet <in>anima/tum corpus insensibile,} {^{inP1 p. 70.22-23} *ut ostreae / et conce maris}. {^{inP2 pp. 208.19-209.6} *Sub animali / autem rationale animal et irra/tionale. Sub rationali homo / atque Deus. Nam si rationali mor/tale subieceris, hominem fa/cis; si immortale, Deum. Deum / uero corporeum. Hunc enim mundum / Deum ueteres uocabant, et Iouis eum appellatione dignati / sunt, Deumque solem ceteraque caelestia / corporea, quae animata esse / tum Plato tum plurimus doctorum / chorus arbitratus est. g Sub ho/mine uero***

⁵³ `sed', `si' ut videtur S

*indiuidui singularesque / homines ut Plato, Cato, cuius / rei subiecta
descriptio ponitur / in subsequenti pagina exem|S302a|plum.} {^{inP2 p.}
^{210.12-18} Non solum differentiae rationalis species est homo, uero rum etiam
Catonis et Platonis / coeterorumque species appellatur, propter diuersam
scilicet / causam. Nam rationalis idcirco species est, quoniam rationale
per mortale et inmortale diuiditur, cum sit homo mortale, idem / uero
homo species est Platonis et / coeterorum. Forma enim horum omnium
homo est substantialis / atque ultima similitudo.} Nam / et ipsa aliis
subiciuntur et his / alia subponuntur quasi comparationes.*

*h {^{inP2 p. 214.6-19} Specialissimae specieis, licet indiuiduis
praeposuntur, tamen praepositi habitudinem non habent, idcirco
quotiam illa / quae speciei ultimae subponuntur talia sunt, ut quantum ad
/ substantiam pertinent, unum quidam sint nec habentia substantiale
differentiam sed accidentibus efficiuntur, ut numero saltim distare
uideantur, ut pene dici possit, / nec pluribus praeesse speciem, et /
quodammodo nulli praepositam. / Nam cum species substantiam /
monstret, unaque sit omnium individuorum sub specie positorum
substantia fit. Fit quo/dammodo nulli praeposita, si |S302b| ad
substantiam quis uelit aspicere: at si accidentia quis / consideret, plures
de quibus praedicitur species fiunt, non substantiae diuersitate, sed
accidentium multitudine.} {^{inP2 p. 217.3-5} Si enim / haberet aliud genus,
minime / ipsum generalissimum uocaretur.} / i Et quae {^{inP2 p. 217.13-16 Y}
cum sit species, nunquam / diuiditur in species. Si enim omne / genus
specierum genus est, si quod non / diuiditur in species, genus esse non /
potest.}*

*k Cur hoc dictum sit, / cum multae species de singulis subiectis
dicuntur. Hoc / duobus explicabitur modis. {^{inP2 p. 219.9-20} Uno / quidem
quia multo plures `sunt' species, quae de numerosis indiuiduis
praedicantur quam ea quibus / unum indiuiduum tantummodo / uidetur
esse subpositum. Dehinc / quia multa secundum potestatem / dicuntur,
cum actu ita non sint, ut risibilis homo dicitur, etiamsi minus rideat,
quotiam ridere potest. / Ita uero species de numero⁵⁴ differentibus
praedicatur: nihil minus⁵⁵ enim phenix de pluribus phoenicibus
praedicaretur, si plures essent / quam nunc quando unus esse perhibetur.
/ Item solis species de hoc uno sole quem nouimus, nunc dicitur: at si*

⁵⁴ numero] dumero(!) S

⁵⁵ minus] om(i)/nus S

ani/mo plures soles et in cogitatione / fingantur, nihilominus⁵⁶ de pluribus |S303a| solibus indiuiduis nomen solis / quam de hoc uno praedicatur.} /

1 {^{inP2 pp. 219.22-220.10} Illa quae subalterna uocantur / ita diffiniri queunt: Sub/alternum genus est quod esse `genus' poterit / et species ad eumque modum sunt / ut in familiis quae procreant / et procreantur, ut etiam mon/strat subiectum exemplum, / ut Agamemnon, Atrides, et Pelo/pides, Tantalides;} {Pelops / ad Tantulum comparatus, Tan/talus ad Iouem quasi species sunt, / idemque Tantulus ad Pelopem, / Pelops ad Atreum tanquam ge/nera esse uidentur, cum Iupiter / ueluti sit horum generalissi/mum genus.} Si enim omne genus / specierum genus est, si quod non diui/ditur in species, genus esse non pote/rit.

m {^{inP1 p. 73.7-17} Hoc attentissime respi/ciendum est, quod in diuersis lon/ge nationibus in eo genere, / ubi ex sanguine aliqua cog/natio deducitur diuersarum / cognationum gens⁵⁷ ad unum ca/put generis duci potest. Nam / Romani a Romulo sunt, Romulus / a Marte, Mars a Ioue, pote/rit gen`u's Romanorum ad⁵⁸ Iouem / duci. Item quoniam Athenienses / a Minerua, Minerua a Io/ue, potest gen`u's Atheniensium genus ad eumdem Iouem duci. Item quoniam |S303b| Persae a Sole, Sol a Ioue, potest, / Persarum gen`u's ad eumdem Iouem, duci. Ita

diuersissime gen/tes ad unius cognationem / hoc est iouis erigi possunt.} {^{inP2 p. 221.8-18} Quoniam / igitur de subalternis generibus di/cens, familiae cuiusdam posuit / exemplum, quod ab Agamemnone / peruenit ad Iouem, quem quidem pro / reuerentia, ultimum posuit. / Quantum enim ad ueteres theolo/gos, referuntur, Iuppiter ad Satur/num, Saturnus ad Coelum, Coelus⁵⁹ ad an/tiquissimum Ophionem ducitur⁶⁰, cuius / Ophionis nullum principium est. / Ne igitur quod in familiis est, id `in' rebus / esse crederetur, ut res omnes pos/sint ad unum sui redire prin/cipium, idcirco determinauit hoc / in generibus et speciebus esse non / posse; neque sicut familiae⁶¹ cuius/libet, ita ergo omnium rerum unum / potest esse principium.}

{^{inP1 pp. 73.18-75.6} Nunquam / uero diuersa genera sub uno / genere esse possunt. Aristotiles / enim primorum generum .x. praedica/menta

⁵⁶ *nihilominus]* *n(i)hil magis* S

⁵⁷ *gens]* *gen(us)* S

⁵⁸ *ad Iouem]* *aioue* S

⁵⁹ *Coelus]* *coelu(m)* S

⁶⁰ *ducit(ur)]* *d(icitu)r a.c.* S

⁶¹ *familiae]* *fam(i)lia* S

constituit, quae uelut fons / subterioribus omnibus ortum na/tionemque profuderunt. Haec ergo / x. sunt genera, quae generalissima sunt, et superius eis nullum / inueniri potest genus, ad unum / genus reduci non poterunt. Quod si / x. genera prima ad unum genus |S304a| reduci non poterunt, nec illa quae / sub eisdem generibus sunt, id⁶² est species / subalternaque genera, ad unum genus / poterunt aliquando applicari. / Nam si prima eorum genera ad unum / superius duci non possunt, non est dubium quin ea ipsa quae sub ipsis / sunt, ab uno genere coerteri continerique non patientur. Nam si substancia, qualitas, et quantitas, sub / alio communi nomine poni non / possunt, quia ipsa magis sunt genera, / nec quicquid substantia fuerit, ut est sub eodem genere, uel animal uel homo, uel item sub qualitate uel quantitate, ad aliquod / genus commune se poterunt applicare. Nunquam uero inueniri genus / poterit, quod haec x. genera solitario et proprio intellectu in/tra se possit ueluti species / continere. At dicat quis: Haec / omnia x. genera si uere sunt subsistentia, quodammodo et / substantia et entia dici posse. Flexus hic sermo est ab eo / quod est esse, et in participii ab/usione tractum est propter angustationem longuae Latinae compressionemque. Haec uero (ut dicatum est) possunt entia uocari. Et ens / hoc ipsum quidem `esse', genus eorum fortasse dici uidebitur. Sed falso. / Namque omnia quae inter se aequi|304b|uoce nominantur, nunquam ei/usdem continentia sortiuntur. / Quippe quorum substantia discrepat, non est dubium quin generis uero / ipsius diffinitio discrepet: / haec autem ut entia nominantur, / non uniuoce, sed equiuoce praedicantur. / Nam substantia ens est, et item qualitas ens est, si quis rationem difficultatemque qualitatis dicit, eadem / natura utriusque non potest conuenire, non est dubium quin substantia / et qualitas non uniuoce, sed equiuoce praedicentur. Quod si `aequiuoce praedicantur, sub eiusdem / generis sub fonte poni non poterunt. / Non est igitur in generibus speciebusque aliquod genus solum quod / possit diuersa genera coercere.}

n {^{inP2 p. 227.7-10} Idcircoque Plato a magis generibus usque ad magis / species praecipiebat facere / sectionem, per ea enim quae finita essent numero iubebat / descendere diuidendo,} {^{inP2 p. 227.12-13.} ita uero in species diuidi comprobat, / ut in specificis differentiis / soluantur.} {^{inP1 p. 76.3-14} Specifice quidem sunt / differentiae quibus species uel / informantur uel declarantur. / Declarantur autem species differencentiis, hoc modo. Si quis enim / dicat substantiam ut sub ea / ponat corpus, sub corpore / animatum,, sub animato sensibile, sub eo animal, sub animali

⁶² ide(st) a.c., ide(m) `(e)n(im)' p.c. S

rationale, sub rationa/li⁶³ mortale, per has omnes speci/es quae sunt substantiae, cum pro diffe/rentiis posuerit, hominis sci/licet species informatur. / Nam corpus animatum ab inani/mato corpore differentia est; / porro animal ab insensibilibus, / et rationale ab irrationabi/libus, et mortale ab immor/talibus differentiae sunt. Haec igitur / omnia cum junxeris, unam speciem / declarabis.} {^{inP1 p. 76.17-21} Sunt autem tales differentiae, ac si dicas ani/mal rhetoriconum, quod solus ho/mo rhetor esse possit. Sed / haec differentia non specifica / est substantiae hominis, sed / tantum artem quamdam scientiamque⁶⁴ / esse commendat.} Nec quo natum / est n`ec quo ferret infinita colligere. / o Haec {^{inP1 p. 76.26-77.7} non solum infinita sunt, sed etiam / quaecumque in se continuerunt / infinita sunt. Rethorica enim spe/cies est. Sed cum uenerit in sin/gulos homines, tunc per singu/los et infinitos diuisa, sin/gula etiam fit et infinita. Si / enim omnes quicunque sunt uel fuere ret/hores numerentur, nullus / unquam huiusc modi nu/merationis finis erit, cum prae/sertim etiam per infinita tempora |S305b| in futurum singuli homines ret/hores esse possint.} Haec igitur / infinita sunt uel numero {^{inP2} uel quod in / generatione et corruptione / posita nunc incipient, nunc desi/nant esse.}

p {^{inP2 p. 228.14-17} Diuidere est in multi/tudinem quod unum ante fuerat / dissoluere. Omnisque diuisio / e contrario compositionem con/iunctionemque meditatur. Quod enim / cum sit unum dispartiendo diui/ditur, id ipsum ex plurimis rur/sus partibus adunatur.} Uerum {^{inP2 pp. 228.21-229.3} in/diuidorum similitudinem spe/cies colligunt, specierum uero / genera; similitudo uero nihil est ali/ud nisi quedam unitas qualitatis, / ergo substantiale similitudinem / indiuidorum species collig`un't, specierum uero genera continuant, et ad se / ipsa reducunt. Rursus generis adu/nationem differentiae in speci/es distribu`u'nt, specieique adu/nationem in singulares indi/uiduasque personas acciden/tia partiuntur.}

q {^{inP1 p. 78.7-11} Quicunque ad / magis genera ascendit, omnem / specierum multitudinem per genera / colligit adunatque. Cum ue/ro de magis generibus⁶⁵ usque ad ma/gis species decurritur, om/nis unitas generum superi/orum in multifidas ramosasque / species segregabitur.} |S306a|

⁶³ *rationa/li]* *rationa/le* a.c. S

⁶⁴ *scientiamque]* *scientiae* S

⁶⁵ *generibus]* *g(e)n(er)is* a.c. S

{^{inP1 p. 77.19-21} *Namque sub uno genere plures / species inueniuntur, idcirco / species genus illud unde profluunt, in plurima segregant / atque disperciunt.*} {^{inP1 p. 78.16-17} *Ipse quoque infinitatem individuum ad unam reuocant formam.*}

r {^{inP2 p. 229.18-20} *Species namque / sola individua colligit, genus uero / tum⁶⁶ species colligit tum ipsarum / individua simul contrahit.*} / s {^{inP2 p. 229.23-230.3} *Milia hominum eo quod sunt homines / unus homo est; homo uero specialis, si ad hominum multitudinem / respexeris, plures sunt.*}

t {^{inP2 pp. 231.20-232.22} *Breuiter / que superius dicta sunt comme/morat. Cum, inquit, assignaueri/mus quid sit genus, et quid species: / docuerimusque unum genus semper / in plures species solui, illud, / inquit, adiungimus, quoniam omnia superiora de inferioribus praedicantur, / inferiora uero de superioribus / nunquam. Et ea quae sunt utilia de / praedicationis⁶⁷ modo rite per/tractat. Ostendit autem unum genus / in plurimas species solui as/signata generis diffinitione. Quia / enim de pluribus rebus specie differentibus in eo quod quid sit praedicatur, esse diffinitum genus. Nihil autem sunt / plurimae res specie differentes, nisi plurimae species; de / quibus autem praedicatur genus, in ea ip/sa dissoluitur. Ostensum est igitur |S306b| ex diffinitionis assignatione, / unius generis semper esse plures / species, quae cum ita sint, genus / quidem de specie praedicatur, species de individuis, omniaque superiora de inferioribus, inferiora / uero de superioribus nullo modo. Quae⁶⁸ superiora <sunt>, substantialiter genera sunt; qua / uero sunt genera, ampliora sunt quam / unaquaeque species. Neque enim / in plurima species diuide/retur genus, nisi ab unaquaque / specie maius existeret. / Id cum ita sit, nomen generis omni / conuenit speciei; insuper etiam / superuadit. Idcirco igitur / omnis homo animal est, quoniam / intra animalis uocabulum / homo et coetera continentur. / At uero conuersim nullus dixe/rit, omne animal homo est; / non enim peruenit ad totum animalis nomen.} {^{inP1 p. 79.15-20} *Quantum / est igitur pars animalis, quae / hominis speciem contineat, / tantum animal est homo. In il/lis autem aliis partibus animalis, quae aliud continent quam / est species hominis, hominis / appellatio non conuenit. Nam si / dicas animal, homo est, quia homo animal `est'. In illa enim parte / in qua est equus, animal et coruus, / ista talis praedicatio non aptatur.*} |S307a| {^{inP1 p. 80.2-5}*

⁶⁶ *tum] cu(m) S*

⁶⁷ *praedicationis] p(rae)dicationib(us) S*

⁶⁸ *Quae] q(ui)a S*

Equalia illa sunt quae neque minora neque maiora sunt, id est, ut si in quamlibet speciem apponantur, et omni illi speciei a/sunt, et nulli alii: nam omnis / homo est risibilis, et nulla / alia species.} {^{inP2 p. 232.}²² Non enim peruenit / ad totum animal hominis no-men.}

x {^{inP2 p. 233.}³⁰¹¹ Ea quae superiora sunt, non / modo de proximis inferioribus / praedicantur, uerum etiam de inferiorum inferioribus. Nam si illud / recipitur, ut superiora de inferioribus praedicentur, inferiorum inferiora quoque multo magis sunt inferiora superioribus⁶⁹, / uelut substantia praedicatur / de animali quod⁷⁰ inferius est; / sed animali quoque inferius / homo est, praedicabitur substantia etiam de homine. Rursus / quoque Socrates inferius est homine, praedicabitur igitur substantia de Socrate.} {^{inP1 p. 80.}^{23-81.}³ Sic igitur quae/cumque superiora fuerint, de subterioribus semper non solum sibi / uicinis, uerum etiam de longe / sibi subterioribus praedicantur. / Nam si maiora sunt his quae sibi uiciniae sunt sibi speciebus, multo maius erunt etiam his quibus ille uiciniae species fuerint ampliores: ergo de quibuscumque species / praedicatur, de his necessario prae|S307b|dicabitur et illius speciei genus.} /

y Individuum autem de uno solo praedicatur. {^{inP2 pp. 233.}^{20-234.}¹³ Individua ergo de singulis praedicantur, ut Cato, Plato, / Socrates, et quae maxime sunt / individua, quae sub ostensio/ne⁷¹ indicationeque digitii / cadent, ut hoc scamnum et / hic ueniens atque ex aliqua / proprietate⁷² accidentium designantur nota, ut si quis Socratem / significatione uelit ostendere, non dicat Socrates, ne sit / alius forsitan qui hoc ipso nomine nuncupetur, sed / dicat Sophronisci filius, si unicu/s Sophronisci sit Socrates filius: individua enim semper maxi/me ostendi queunt, si uel taci/to uniuscuiusque nomine, sen/sui ipsi oculorum digito, / tactuque monstrantur, uel ex / aliquo accidenti quodam modo / significantur, id est nomine / proprio, si soli illi adeptum est hoc nomen: uel ex parentibus, si / illorum est unicus filius, uel si ex quo/libet accidenti alio singularitas quoque demonstratur, ea `quae' / ad sese unam praedicationem habet, eiusque dictio non transit / ad alterum, quemadmodum generis / quoque ad speciem sit, specierum / uero ad individua.}

⁶⁹ *superiorib(us)] inferiorib(us) a.c. S*

⁷⁰ *quod + [ad] S*

⁷¹ *ostensione indicationeque] ostensio/ne(m) indicatione(m)q(ue) S*

⁷² *proprietate] p(ro)p(ri)oru(m) S*

z {^{inP2 p. 235.12-14} *Socratis*⁷³ |S308a| enim proprietates si fuit caluus,
/ simus, propensus, albus, / caeteraque lineamentis corporis / aut morum
institutione, aut / forma uocis non conueniunt quoque / in alterum.} {^{inP2}
p. 236.16-18} *Retractat enim omnia / breuiter quae supra latius absol/uit dicens*
indiuiduum etiam a / specie contineri, species uero ipsas / a genere,
*huiusque causam red/dens ait:} {^{inP1 p. 82.15-17} *unum enim quasi omnium /*
corpus, magis genus est et nunquam / est pars, indiuiduum uero pars
*semper / est, nunquam est totum.} {^{inP2 pp. 236.23-237.1} *Nunquam enim /*
*ipsum aliquid sub proprietate concludit.} {^{inP1 p. 82.17-21} *Species autem et*
totum et pars / merito nuncupatur, nam ad genus / pars est, totum ad
indiuiduum: di/uidit enim genus et indiuidua colligit. Sed species pars
est alte/rius, id est generis, totum uero non est par/tis, sed partium} id est
*plurimorum / indiuiduorum et infinitorum. {^{inP1 pp. 82.25-83.2} *Plures enim*
partes sunt sub illa indiuiduorum, quorum totum species, / id est homo,
*appellatur,} / siglum cui {^{inP2 p. 207.11} *nullum aliud superponitur genus,}*
*siglum id est {^{inP2 p. 237.17-21} *quorum proprietates alteri ne/queunt conuenire.**
/ siglum *Quot modis genus dicitur uel species. Genus quidem aut in*
multitudine aut in procreatione aut / in participatione substantiae, /
species uero aut ex figura aut |S308b| ex generis subpositione.} /
Et in hoc de specie. /*****

De differentia /

a {^{inP2 p. 239.6-16} *Nunc superuacuum est interro/gare cur post*
speciem differentia sumpta sit, cum il/lud iam fuerit inquisitum, cur / non
ante speciem collocata sit. / Quod si mirum uidetur speciem differentiae
in disputationis loco fuisse praepositam, quia differen/tia continentior et
magis amplior esset a specie, quid est quod / possit quisque mirari, si
eamdem / differentiam ante accidens / propriumque collocauerit. Cum
proprium unius sit semper speciei, / accidens uero extiorem quan/dam
ostendit naturam, et non substantiam, differentia uero utrumque / in se
continet et de pluribus species et in substantia⁷⁴ praedi/cari.}

{^{inP1 pp. 85.20-86.7} *Dicit tribus modis fieri differentiam, cum aut*
communes / sint aut propriae aut magis / propriae. Communes sunt
quibus omnes / aut ab aliis differimus, aut a / nobis ipsis: nam sedere uel
stare / differentia est: nam si tu ambules, ego uero sedeam, in situ ipso / et

⁷³ Socratis] socrates S

⁷⁴ substantia] substantia(m) S

ambulatione differimus. Et item ego `cum' nunc sedeo, postea / uero si ambulem, communi a me ip/so differentia discrepabo. Propriae |S309r| uero sunt quae uniuscuiusque indi/uidui formam aliqua naturali / proprietate deping`un't, ut si quis / sit cecis oculis uel crispo capil/lo. Magis propriae sunt quae in sub/stantia ipsa permanent, et to/tam speciem differentia descrip/tioneque permutant, vt est ra/tionalis hominis differentia.} /

Sed cum {^{inP2 p. 240.14-17} *tribus modis aliud / alio distat, genere, specie, / numero, in quibus omnibus aut / secundum substantiales differen/tias alia res distat ab alia, / aut secundum accidens.} } {^{inP2} *Ex / his tribus differentiarvm di/uersitatibus, id est communibus, pro/priis, magis propriis, fiunt / secundum genus uel speciem uel nume/rvm discrepantiae. Nam} } {^{inP1} *commu/nes et propriae differentiae / sub eadem specie singulos / a se faciunt discrepanre, il/la propriis differentiis, ista com/munibus. Magis propriae totam naturam cuiuslibet speciei / substantiamque permutant⁷⁵, et / ab aliis speciebus segregant⁷⁶ atque / disiungunt.}*}**

{^{inP2 p.16-23} *Magis propriae sunt quae / monstrant uniuscuiusque sub/stantiam. Nam si ille quidem idcir/co communes dicuntur, quia separa/biles atque omnium sunt, aliae autem pro/priae, quoniam separari non possunt, |S309b| quamuis sint in accidentium / numero, ille iure magis / proprie dicuntur, quae non modo a sub/iecto separari non possunt, / uerum subjecti ipsius speciem / substantiamque perficiunt.}*}

{^{inP2 p. 9-14} *Quae / indiuidua sunt et solo nu/mero discrepant, solis ac/cidentibus distant, haec autem sunt separabilia uel inseparabi/lia. Separabilia uero, `vt' moueri, / dormire; distat enim alias / ab alio,} } quoniam hic dormit, hic vigilat. *Distat item / inseparabilibus accidentibus, / quoniam hic `sit' statura longioris, / hic minime.}**

{^{inP2 p. 243.3-13} *Postremoque in / his omnibus uel separabilibus / accidentibus uel inseparabilibus, / alia sunt <naturaliter accidentia, alia> extrinsecus. Naturaliter quidem ut pueritia, iu/uentus, totius formatio cor/poris tvm caecitas oculi et cur/uitas nasi, et superiora quidem / exempla separabilis acci/dentis per naturam sunt, posterio/ra uero inseparabilis. Item ex/trinsecus uel ambulare uel cur/rere: id enim non natura, sed / sola affert uoluntas. Natu/ra enim posse `de/dit tantvm, non etiam / facere, atque haec sunt separabi/lis accidentis extrinsecus*

⁷⁵ *permutant] p(er)mutat S*

⁷⁶ *segregant atque / disiungunt] segregat atq(ue) / disiungit S*

|S310a| ueniunt exempla. Illa uero / inseparabilis, ut si qua cica/trix obducta uulneri occal/luerit.}

b {^{inP2 p. 244.1-2 = Isag. 15.3-4} *Uniueraliter ergo om/nis *differentia alteratvm⁷⁷ facit cuilibet adueniens*.*}
{^{inP2 pp. 244.12-245.1} *Omnis diffe/rentia alterius ab altero / distantiam facit. Sed haec uel est com/munis et continens uel cum quodam pro/prio et magis proprio diffe/rentiarvm modo. Quare quic/quid qualibet ratione ab alio / diuersum est, alteratvm esse dicitur. Si / uero accesserit⁷⁸ illi diuersitati, / ut etiam specifica quadam diffe/rentia sit diuersum, non alte/ratvm solum, uerum etiam aliud esse / praedicatur. Alteratio igitur continens / est, aliud uero intra alterationis / spaciū continentur; nam et quod aliud / est, alteratum est, sed non omne quod / alteratum est, aliud dici potest. / Itaque si accidentibus aliquibus / erit facta diuersitas, altera/tum⁷⁹ quidem est effectum.*}

c {^{inP2 p. 245.3-9} *Aliud uero non / fit, nisi substantiali differen/tia alterum ab altero fuerit / dissociatum. Itaque communes / et propriae differentiae, quoniam / accidentium sunt, solum efficiunt / alteratum, aliud uero minime. / d Magis propriae autem, quoniam substani/tiam tenent et in subiecti for/ma praedicantur, non modo alte/ratum, uerum etiam aliud faci|S311b|unt.*} {^{inP1 p. 86.20-24} *Namque homo atque equus, / quantum animalia erunt, una / illis erat substantia, sed rationale adueniens disgre/gabit omnino speciem, et / funditus alteram facit. Ergo / communes et propriae differen/tiae alteratum facientes uocantur, magis propriae alteratvm / facientes.*} {^{inP1 p. 86.14-18} *non integrum alte/ratvm sed quodammodo discre/pantiam faciunt. Atque ideo / non uocantur alteratum facien/tes, id est permutantes, sed ma/gis alteratvm, id est non integre / alteratvm facientes.*}

{^{inP2 p. 245.19-23} *Aliud est / quod tota ratione speciei diuersum est, ut equus⁸⁰ <ab> homine, / quoniam rationalis differentia / adueniens hominem facit, aliudque / quam equum evm constituit.*} {^{inP2 p. 246.11-12} *Alte/ratvm uero quod ulla qualibet / ratione diuersum est,*} ut {^{inP2 pp. 245.23-246.1} *si unus / homo sedet, ----- / homo non fit diuersus ab*

⁷⁷ *alteratvm - adueniens* d.a.f.c.a. i.t., alt(er)atv(m) fac(it) cuilib& adueniens i.m. S

⁷⁸ accesserit] accesseris a.c. S

⁷⁹ altera/tu(m)] artera/ru(m) a.c. S

⁸⁰ equus] aequus S

ho/mine, sed eos alteratio sola / disiungit, ut eum qui stetit / a sedente faccit alteratum.} {^{inP1 p. 86.17-18} *sed / non integre alteratum.*}

e Specifcae sunt quae {^{inP1 p. 87.1-5} *quamlibet speciem / constituunt et ab omnibus / aliis segregant, et eius formam atque naturam componunt.* / *Nam si dicas mortalem et ratio|S311a|nalem differentias, et eas anima/ligo subponas, non est dubium quin / hominis speciem facias et species huius*⁸¹ *sunt perfectrices,*} {^{inP1 p. 87.11-12} *et hae / solae possunt in generis diuisione*⁸² *congruere.*} {^{inP2 p. 247.14-15} *Ille enim faciunt aliud, quas generis diuisio uidetur ex/poscere.*} {^{inP2 p. 247.5-7} *Diuisio enim generis ita / in species facienda est, ut ille / a se species omni substantiae / ratione diuersae sint.*} {^{inP2 p. 247.15-21} *In difinitione quoque plurimum ualent, quoniam omnis diffinitio substantiam conatur ostendere, / specifice uero differentiae species informat substantiamque / perficiunt.*}

{^{inP2 p. 248.8-10} *Communes autem et propriae quoniam neque aliud faciunt, sed alteratum, neque substantiam monstrant, eque a diuisione ut a diffinitione / disiunctae sunt.*} Nihil enim ad substantiam {^{inP1 p. 86.15-16} *sed ad quandam quodammodo discrepantiam distantiamque ponuntur.*}

{^{inP2 p. 249.5-10} *Superius*⁸³ / differentiam diuisione tripli partitus est, dicens: aut / communes aut propriae aut magis propriae, sed deinceps easdem alia / diuisione in duas secuit / partes, <dicens>: has quidem aliud facta cere, illas uero alteratum. Tertiam / nunc earumdem facit diuisionem, / f dicens alias esse separabiles, |S311b| alias inseparabiles,} {^{inP2 p. 250.6-9} *quarum / subdiuisio fit: g Inseparabilium differentiarum aliae sunt per se, / aliae per accidens. Per se quidem / magis propriae; secundum accidens / uero propriae. Per se autem aliquid inesse*⁸⁴ / dicitur, quod alicuius substantiam⁸⁵ / informat,} ut {^{inP2 p. 250.14-16} *homini rationalitas inest; quae si discesserit, / species hominis non manebit.*} /

Sed quemadmodum sola diuisione / duas alteratum facientes, id est / communem et propriam et unam aliam, id est magis propriam inclusuerat, ita et duas inseparabilibus, id est propriam et magis / propriam, unam uero separabilibus, / id est communem, adiunxit differentiis.

⁸¹ *h(uius)] h(s a.c. S*

⁸² *diuisione] diuisione(m) S*

⁸³ *Superiv^s] su[b]periv^s S*

⁸⁴ *inesse] n(on) e(ss)e S*

⁸⁵ *substantiam + n(on) S*

h Haec {^{inP2 p. 250.21-23} *idcirco per ac/cidens nuncupantur, quoniam iam / constitutae speciei extrinse/cus accidentunt, nihil subiecti / substantiae accommodantes.*} /

i {^{inP2 p. 251.19-252.13} *Nunc⁸⁶ repetit, quoniam insepa/rabiles differentiae⁸⁷ sunt, quae / substantiam monstrant, id est per / se subiectis speciebus insunt, / easque perficiunt et aliud faci/unt. k Ille uero quae sunt propriae, id est / secundum accidentis inseparabiles / differentiae, neque substantiae / insunt, neque faciunt aliud, sed / tantvm, ut superius dictum est, al/teratvm. l Item alia distantia |S312a| differentiarum quae secundum sub/stantiam sunt, ab his quae secundum / accidentis sunt, quoniam illae intendi / aut remitti non possunt, istae uero et / intensione crescent et re/mmissione decrescunt. Id autem / probatur hoc modo. Vniuscui/usque rei esse neque crescere neque / minui potest. Nam homo hu/manitatis suae neque clementia / nec detrimenta potest susci/pere; nam neque ipse a se uel ab / alio plus aut minus hodie aut / quolibet tempore homo esse / potest uel animal.} {^{inP2 p. 252.16-20} Quoniam igitur / genera⁸⁸ uel species nulla in/tentione uel remissione uari/atur, non est dubium quin differen/tiae quae uniuscuiusque spe/ciei substantiam formant, nec / remissionis detrimenta susci/piant nec intensionis augmen/ta.} {^{inP1 p. 89.10-13} Nam si animal rationale / mortale hominis diffinitio / est, et hominum nihilominus / singulorum, non est dubium quin / haec diffinitio ad omnes homi/nes aequaliter semper aptetur, et / nulli neque plus neque minus} / {^{inP1 p. 89.16} sed aequaliter semper et conuenienter aptentur,} {^{inP1 p. 89.13-19} et nulli neque plvs / neque minus conueniat. Quodsi ita / est, partes quoque totius diffini/tionis, quae sunt differentiae, ta|S313b|les erunt, ut nulli neque plus neque minus / sed aequaliter semper et conuenienter apte`n`tur. Partes autem huius / diffinitionis sunt rationale et / mortale. Rationale igitur / et mortale, quae sunt magis pro/priae differentiae, plus minusue / non suscipiunt.}*

{^{inP2 p. 253.4-8} Quae uero secundum / accidentis differentiae sunt inse/parabiles, ut acilum esse uel simum / uel aliquomodo coloratum, et in/tentionem suscipiunt et re/mmissionem. Fieri enim potest / ut hic aliquando nigrior / sit,} ille plus, {^{inP1 pp. 88.23-89.1} alias procerior, / alias fortior, `de`ductioribus alias capillis⁸⁹, alias flauioribus.} {^{inP2 p.}

⁸⁶ *Nu(n)c] Nihil a.c. S*

⁸⁷ *differentiae] substantiae S*

⁸⁸ *genera uel] generalis S*

⁸⁹ *capillis] ca[p]pllis S*

252.23-253.² *Genus enim dici non potest plus / minusue cuiuslibet genus.*
Om/nibus enim aequaliter superponitur / genus.} Aliter autem coloratum.

{^{inP2 p. 254.9-13} *Fit / nunc differentiarum plena diuisio, quae est huiusmodi: / Differentiarum aliae sunt separabiles, aliae inseparabiles; in/separabilium aliae sunt secundum acci/dens, aliae substantiales; sub/stantialium aliae sunt diuisiuae / generis, aliae constitutiuae specie/rum.}*}

{^{inP2 p. 255.1-11} *Ad cuius rei facilem cog/nitionem superior generum / specierumque dispositio⁹⁰ transfertur, sitque primum substantia, sub qua corpore|S313a|um atque incorporeum, sub corporeo / animatum atque inanimatum, sub <animato sensibile atque insensibile, sub> quo animal, sub animali / rationale animal et irrationale, <sub rationali> mortale atque immortale, / sub mortali species hominis, / quae solis individuus praeponatur. In hac igitur diuisione / omnes hae differentiae specificae nunquam cupantur, generum enim / specierumque differentiae sunt. / Sed generum quidem diuisiuae, / specierum autem constitutiuae.}*} {^{inP1 p. 90.2-4} *Nam / si contrarias specierum differencias respicis, generum est / diuisio; si subalternorum generum, 'fit' specierum constitutio.*} {^{inP1 p. 90.11-20} *Nam quoniam sub substantia animalis corpus et inanimatum possumus, si animatum corpus contra inanimatum respicias, / substantiae diuisiuae sunt. Si uero / subalterna genera in ipsis / differentiis aspicias, species constituues. Nam si animatum corpus et quod sub ipso est sensibile corpus aspiceris, animal respexisti; si rationale contra irrationalis differentiam acceperis, genus / quod est animal divisisti. Si uero / sub eodem ordine rationalem / et mortalem differentiam accipias, hominis sine dubio |S313b| speciem demonstrasti.*} {^{inP1 p. 91.4-10} *Si igitur / rationale et mortale contra / irrationalis et immortale / respiceris, diuisibiles sunt generis / differentiae; si uero idem ipsum / rationale et mortale ad / superiora comparaueris, / species erunt eius quod eas continet animalis. Si vero rationale atque mortale ad subiectum hominem consideres, / genera eius constitutiuaeque⁹¹ differentias contemplabere.*}

Uerum {^{inP2 p. 256.17-257.2} *que/situm est quomodo hae differentiae specierum constitutiuae esse / dicentur, cum irrationalis / differentia atque immortalis nullam speciem uide/antur efficere.*} {^{inP2 p. 257.8-12} }

⁹⁰ *dispositio] disputatio a.c. S*

⁹¹ *constitutiuaeque] c(on)stitu`t(asq(ue) S*

Quamuis enim / *caelestia corpora* secundum *Platonem animata esse crede/rentur*, nulli tamen *his ex differentiis posset esse subiectum.* / *Quicquid enim irrationale est / corruptioni subiacens generationis, immortale esse / non poterit;*} ceterum Aristotiles / haec animata esse negat, sed / tantum {^{inP2 p. 257.6-7} propter simplicitatem et / perpetuitatem motus eterna / esse firmat.} Respondeamus / igitur has differentias, {^{inP2 p. 257.13-18} quoniam / in substantialium differentia/rum numero sunt; si iungi ullo |B314a| modo potuissent, earum quoque / naturam⁹² et speciem efficere pos/sent⁹³: atque <ut> intelligatur quae sit / haec potentia efficiende / substantiae⁹⁴ specieique forman/dae, respiciamus ad proprias atque / communes, quae et`si iungantur, speciem nulla ratione / constituant.} {^{inP2 pp. 257.21-258.2} Id cur est? Quia non / eiusdem sunt generis, quae alicuius / possunt constituere substani/tiam: ita igitur hae, id est etiamsi ca/rent subjecto.} Si tamen iungi / paterentur, substantiam effice/rent.

{^{inP2 p. 259.1-3} Geminum differentia/rum usum esse demonstrat. Unum / quidem quo genera diuiduntur; altervm / uero quo species informantur,} / quia {^{inP2 p. 261.16-17} nullius substantiam speciei⁹⁵ in/formant}.

{^{inP2 p. 262.14-16} Specificas diffe/rentias diffinitione concludit, / dicens substantiales diffe/rentias a quibusdam tali descrip/tionis diffinitionis concludi. / m Differentia specifica est q`v'a / abundat species a genere.} {^{inP2 p. 262.21-23} Ani/mal enim solum genus est, homo uero / animal rationale mortale. Plus enim habet homo ab ani/mali id quod est rationale atque / mortale.}

{^{inP2 p. 263.2-17} Sed hvic⁹⁶ diffini/tioni quaedam questio uidetur / occurrere, habens princi/pium ex duabus propositionibus |S314b| per se notis. Una quidem quoniam / duo contraria in eodem esse / non possunt; alia uero, quoniam ex ni/hilo nihil fit. Nam neque contra/ria pati sese possunt, ut in / eodem simul sint, nec aliiquid / ex nihilo fieri potest. Omne / enim quod fit, habet aliiquid unde / effici possit atque formari. / Qua propositione talem faci/unt quaestionem: dictum est / differentiam esse id quod plus / habet species a genere. / Quid igitur dicendum est?

⁹² naturam] natura S

⁹³ pos/sent] pos/set S

⁹⁴ substantiae] sub / substantiae S

⁹⁵ speciei in/formant] (ve)l `specie(m) / formant S

⁹⁶ hvic] hinc a.c. S

*Eas dif/ferentias, quas habet speci/es, non habere? Unde habebit / species differentias quas genus / non habet? Nisi enim sit unde / ueniant, differentiae in / speciem non possunt uenire. / Quod si genus quidem eas non ha/bet, species autem habet, ui/detur ex nihilo differen/tia in speciem convenisse, / et factum esse aliquid ex nihilo, quod / fieri non posse superius dic/ta propositio monstrauit.} {^{inP2 pp. 263.24-264.2} Quicquid igitur habet genus, non / partibus sed tota sui mag/nitudine retinebit. Nec / illud dubium est quin par/tibus suis genus habeat contrarietates, / ut animal in homine ratio/nabilitatem habet, irratio|**S315a**|nabilitatem in boue.} {^{inP2 p. 264.6-17} Sed po/test quidlibet⁹⁷ id quod est non esse, sed / alio modo esse⁹⁸, alio uero non esse, ut / Socrates cum stat, <et sedet et non> sedet. Sedet / quidem potestate, actv uero non. / Non quia jam sedet, sed potesta/tem sedendi habet. Et ouum / animal est, et non est. Animal qui/dem est potestate, qua potest / effici animal, cum formam ac speciem⁹⁹ / uiificationis accepturum. / Non est autem animal, quia ouum est / adhuc non uiificatum. Genvs / igitur habet has duas diffe/rentias et non habet. Actv quidem non.} /*

*n {^{inP2 pp. 267.12-269.5} Nunc causas exsequitur cur / speciei qualitas differentia / sit. Omnis, inquit¹⁰⁰, res uel ex ma/teria formaque consistit, uel / ad similitudinem materiae atque / formae substantiam sortiuntur. / Ex materia quidem formaque / subsistunt omnia quae sunt cor/poralia. Nisi enim sit subiectvm / corpus quod suscipiat formam, / nihil omnino esse poterit. Si / enim lapides non fuissent, muri / parietesque non essent. Si lignum / non fuisset, omnino nec mensa, / quae ex ligni fit materia, / esse potuisset. Igitur subposita ma/teria ac praeacente cum ipsam 'figura' / superuenerit, fit quelibet illa |**S315b**| res corporea ex materia for/maque subsistens: ut Achillis / statua ex aeris materia, et ip/sius Achillis figura perficitur. / Atque ea quidem quae corpora/lia sunt, manifestum est ex mate/ria formaque subsistere; ea / uero quae sunt incorporalia, ad si/militudinem materiae atque / formae habent subpositas / priores antiquioresque na/turas, super quas uenientes dif/ferentiae efficiunt aliquid, quod / eodem modo sicut corpus, tanquam / ex figura formaque consistere / uideatur, vt in genere¹⁰¹ ac specie, / additis generi differentiis*

⁹⁷ *quidlibet] q(uo)dlibet S*

⁹⁸ *esse] n(on) e(ss)e S*

⁹⁹ *speciem] sp(iritu)m S*

¹⁰⁰ *inq(ui)t] in q(ui)d a.c. S*

¹⁰¹ *g(e)n(er)e] igne(m) a.c. S*

